Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Cetera ad perfectionem conuersacionis hijs qui festinant. sunt hec
uerba sanctorum patrum. quarum obseruacio perducit hominem ad celsitudinem perfectionis. Que enim pagina aut quis sermo diuine auctoritatis ueteris ac noui testamenti. non est rectissima norma uite humane. Aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat. ut recto cursu peueniamus ad creatorem nostrum. Nec non in collaciones patrum et instituta et uita eorum. Et in regula sancti patris nostri basilij. quid aliud sunt. nisi bene uiuencium et obedienciam monachorum instrumenta uirtutum. Nobis autem desidiosis et male viuentibus atque neligentibus rubor confusionis est. Quisquis igitur ad patriam celestem festinas. hanc minimam inchoacionis regulam descriptam. adiuuante xpo perfice. et tunc demum ad maiora que supra memorauimus doctrine uirtutumque culmina. deo pregente peuenies amen.

Explicit regula beati Benedicti.
Facientibus hec regula patebit etiam